



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Aphorismi Confessoriorvm Ex Doctorvm sententijs collecti**

**Sá, Manuel de**

**Coloniae, 1610**

Charitas

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41645**

biliter certum. *Cou. in c. Almam. 1. P. §. 1. num. 3.*  
*& §. 2. num. 11. & Graff. l. 1. c. 12. nu. 15. Decis. aur.*  
 id non concedunt *Sot. vlt. d. 18. q. 2. ar. 5. col. 17.*  
 hoc semel permetteret, ad graue scandalum  
 tollendum. Addit. § Soti, & aliorum opinio  
 irregularitatem ex delicto censuram existi-  
 mantium non est vera: vnde neq; auferri po-  
 test per Iubilæum.

*CHARITAS, Vide Correptio,  
 Eleemosyna, Iniuria.*

1 **D**Eum ex toto corde diligere, seu su-  
 per omnia, ad salutem quidem est  
 omnino necessarium: quo vero tempore ex  
 præcepto quis teneatur sic eum actum elice-  
 re, vt, si non eliciat, peccet mortaliter, non  
 conuenit inter Doctores. Illud certè non vi-  
 detur negandum, teneri, cum tenetur conte-  
 ri, vt in administratione Sacramentorum ex  
 officio.

\* Vide *Nau. c. 11. num. 18. Tol. l. 4. c. 9.*

Illud certe. § *Nau. c. 1. nu. 27.*

2 Tenetis in extrema necessitate salutis spiri-  
 tualis proximi, pro eo vitam exponere, quod  
 si es eius Episcopus, aut Parochus, etiam in  
 graui. Itemque teneris pro vita eius expone-  
 re bona tua temporalia, tuæ vitæ, aut tuorum  
 non necessaria: denique subuenire ei in graui  
 eius necessitate, si potes sine magno tuo in-  
 commodo.

\* *Nau.*

\* *Nau. c. 24. nu. 9. Tol. l. cit. c. 10. nu. 4. vide Lopez p. 1. c. 67.*

3 Qui non est eius Prælati, aut Parochi, non tenetur inuisere peste infectum cum vitæ periculo, nisi salus animæ eius omnino tali visitatione indigeat.

\* *Tol. c. num. 6. Nau. l. c. nu. 10. vide Lopez. l. c.*

4 Infantem alioqui sine Baptismo moriturum, teneris cum tuæ vitæ periculo baptizare, secundum quosdam: quod alij probabiliter negant: nec enim cum tanto damno debetur ei tale officium, alioqui, & mater grauida teneretur permittere se secari, vt fœtus baptizaretur, alioqui sine Baptismo moriturus: quod nemo dicet.

\* *Fu. ver. Episcop. nu. 4. ex D. Thom. vide Tole. l. 4. c. 10. nu. 4.*

*P. N. l. 2. c. 3. nu. 144. Lopez l. c. {Negant} Sot. de teg. Secre. memb. c. 2.*

5 Proximum à mortis corporalis periculo, etiam inuitum, teneris liberare si possis, non autem à peccato, si non possis sine tuo graui incommodo,

\* *Nau. c. & num. 24.*

6 Damnatum iustè ad mortem non teneris, etiam si possis, pecunia redimere; nec enim ipse se teneretur redimere: quod si redimas, potes accipere tibi in seruum perpetuum. Quod si iniustè damnatum redemisti, potes quidem in multis casibus in seruum accipere, sed

re, sed ipse se potest redimere. *Nauarr. cap. 25. num. 95.*

\* *Nau. l. c. nu. 17.* iuste damnato, ut fame pereat, non teneris cibum præbere.

7 Licet permittere proximum cadere in peccatum, ut correptus de eo, vel punitus emendetur, si aliter emendare non possis.

\* *Nauar. l. c. numer. 13. Sot. de ratione teg. memb. q. 2.*

8 Potes proximo optare malum corporale ad salutem animæ, & mortem, ob Reipub. bonum, & hosti tibi alioqui valde nocituro, mortem non odio, sed ad vitandum damnum tuum: item de morte eius gaudere, ob bonum inde secutum.

\* *Nau. c. 15. num. 10.*

9 Inimico non teneris ostendere signa amoris; nisi in casu necessitatis, scilicet cum ei teneris ex charitate subuenire: teneris quidem alloqui, si alioqui esset scandalum, & salutantem te resalutare, & veniam petenti reconciliari.

\* *Vide Nau. c. 14. nu. 9. Tol. l. 4. c. 10. nu. 9. Syl. l. c. D. Thom. 2. 2. q. 25. art. 9.*

10 Diligēdi quidem magis meliores, sed possunt intensiori affectu diligere sanguine coniūctiores, inter quos plus diligendi parentes, quàm filij, & vxor, & pater quàm mater.

\* *Syl. verb. charitas. q. 2.*